Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



197

decem seruis suis. dedit illis decem mnas.
Et ait ad illos. Negotiamini dum uenio.
Ciues autem eius odiebant illum. et miserunt
legationem post illum dicentes. nolumus hunc
regnare super nos. Et factum est ut rediret
accepto regno. et iussit uocari seruos
quibus dedit pecuniam. ut sciret quan
tum quisque negotiatus esset. Venit autem
primus dicens. Domine. mna tua. x. mnas
acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone.
quia in modico fidelis fuisti. eris potestatem
habens super decem ciuitates. Et alter
uenit dicens. Domine. mna tua. fecit. v.
mnas. Et huic ait. Et tu esto super. v.
ciuitates. Et alter uenit dicens. Domine.
ecce mna tua. quam habui repositam in sudario;
timui enim te quia austeris homo es. tol